Universitätsbibliothek Paderborn

# Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

**Parisiis, 1644**

Sessio XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

Visual Library

nos protonotarios ſedis apoſtolicæ, ac notarios Concilii prædicti, ceteroſque tabelliones ibidem præſentes, vnum vel plura fieri, publicum vel publica, inſtrumentum & inſtrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præſentibus ibidem reuerendiſſimis patribus dominis cardinalibus, protonotariis, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, doctoribus, nuntiis, & principum, vniuerſitatum & ſtudiorum ambaſiatoribus, teſtibus, &c. ANNO CHRISTI 1415.

## SESSIO XX.

*Super monitorio contra ducem Auſtriæ pro epiſcopo Tridentinenſi.*

ANNO a natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, indictione vero octaua, die Iouis vigeſima prima menſis Nouembris, fuit celebrata ſeſſio generalis in maiori eccleſia Conſtantienſi, præſidente in eadem reuerendiſſimo in Chriſto patre domino Ioanne epiſcopo Oſtienſi ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinali & vicecancellario. Fuitque decantata Miſſa ſolennis de glorioſa virgine Maria, per reuerendum patrem dominum Antonium epiſcopum Zopoludenſem. Qua completa, fiebant ſolennitates more aliarum ſeſſionum. Quibus expletis, reuerendus pater dominus Antonius epiſcopus Concordienſis quaſdam legebat monitorii & aliarum ordinationum ſchedulas tenoris ſubſequentis.

*Decretum monitorii in cauſa Tridentina.*

*Sacroſancta generalis Synodus Conſtantienſis vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem.*

Grauem querelam venerabilis fratris noſtri Georgii epiſcopi Tridentinenſis accepimus, continentem, quod illuſtris princeps Fridericus dux Auſtriæ ipſum in canonica poſſeſſione eccleſiæ & ciuitatis Tridentinenſis, & oppidorum, caſtrorum, villarum, terrarum & locorum, iuriumque & aliorum bonorum mobilium & immobilium, ad eamdem eccleſiam & ipſum epiſcopum pertinentium, alias ſexdecim annis pacifice exiſtentem, eccleſia, ciuitate, oppidis, caſtris, terris, villis, locis ac iuribus & bonis

ANNO CHRISTI 1415.

huiuſmodi temerarie & de facto ſpoliaſſet, eaque nouem annis citra detinuiſſet, & adhuc detinet occupatas & occupata, fructus, redditus & prouentus ſubleuando & percipiendo ex eiſdem; ac ipſum cepiſſet, & carceribus mancipatum affeciſſet pluribus grauibus violentiis ac iniuriis, propter quæ anathematis, ſacrilegii, & alias pœnas a iure contra talia perpetrantes promulgatas incurriſſet, quibus inſorduiſſet per longa tempora, & inſordet de præſenti: nonnullaſque promiſſiones ac etiam certa iuramenta & literas tempore ſuæ captiuitatis, & ante ſeu poſt, in præiudicium libertatis eccleſiaſticæ, dictæque eccleſiæ Tridentinenſis damnum non modicum, ab eodem epiſcopo incuſſionibus & metu extorſit. Et vlterius idem Fridericus nuper dum inter ſereniſſimum principem Sigiſmundum Romanorum & Hungariæ regem, ac ipſum Fridericum ducem, poſt executionem iuſtitiæ contra eumdem Fridericum per dictum dominum regem factam, ſubmiſſionis tractatus firmaretur, ſe iuramenti vinculo adſtrinxiſſet, quod ſi quæ perſonæ tam eccleſiaſticæ quam ſæculares dicto regi de ipſo Friderico conquererentur, & ab ipſo rege ſibi peterent iuſtitiæ complementum miniſtrari, ipſe Fridericus dux ſtare deberet ordinationi dicti regis, & facere quæ dictus rex diceret & ordinaret: quod quidem licet rex ipſe dicto Georgio epiſcopo de præmiſſis grauiter coram eodem conquerente decreuiſſet & ordinaſſet, quod ipſe Fridericus dux eccleſiam, ciuitatem, oppida, caſtra, villas, terras, loca & iura & bona huiuſmodi, quibus ipſum Georgium epiſcopum notorie ſpoliauerat, notorieque detinet occupatas & occupata, eidem Georgio reſtitueret, ipſumque permitteret eorum poſſeſſione in poſterum pacifice vti & gaudere, nihilo minus idem Fridericus dux pro parte dicti epiſcopi interpellatus & ſufficienter requiſitus, hoc facere non curaſſet hactenus, nec curat de præſenti. Quapropter antea præmiſſorum exceſſuum & ſpolii notorietate & rei euidentia, idem epiſcopus petiit, per nos ſuper præmiſſis de opportuno remedio ſibi prouideri, & literas monitoriales contra præfatum Fridericum ducem & alios forſan occupatores & detentores eccleſiæ, ciuitatis, oppidorum, caſtrorum, villarum, terrarum, locorum & bonorum huiuſmodi, etiam ſi ducalis



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vel alterius cuiuſcumque ſtatus, gradus, vel præeminentiæ eſſent, decerni & concedi, ipſumque Fridericum ducem & occupatores & detentores prædictos, ſub pœnis iuris & conſtitutionis a diuæ memoriæ Carolo quarto contra tales facinoroſos & ſacrilegos editæ, & aliis pœnis grauioribus requiri & moneri, quatenus infra certum terminum idem Fridericus dux & occupatores ac detentores prædicti, eccleſiam, ciuitatem, caſtra, oppida, terras, villas, iura, & alia bona huiuſmodi, quibus eumdem Georgium epiſcopum ſpoliaſſet, ſeu ſpoliauit, ac etiam quæcumque caſtra & bona ante & poſt per prætactam ſpoliationem ad dictam eccleſiam Tridentinam deuoluta, quæ detinerent ſeu detinent occupatas ſeu occupata, reſtitueret & reſtituerent, & alias ſibi circa iniurias & percepta & alia debite ſatisfaceret & ſatisfacerent: nec non ſe, vaſſallos & ſubditos ſuos & eccleſiæ ſuæ prædictæ a prædictis iuramentis & promiſſionibus abſolui, & prædictas literas caſſari, irritari & annullari, humiliter & cum inſtantia debita poſtulauit, & alias circa præmiſſa petiit & concluſit, ſicut in petitionibus pro parte eiuſdem epiſcopi verbo & ſcriptis, & in actis coram nobis inter dictas partes factis & redactis, plenius noſcitur contineri. Nos vero * per notorietatem facti, & alias practicata in cauſa huiuſmodi, coram nobis & a nobis deputatis, nobis conſtitit & conſtat, petitionem huiuſmodi fore iuſtam, ipſum Fridericum ducem & occupatores & detentores antedictos monendos, petitaſque literas monitoriales contra dictum Fridericum ducem & occupatores & detentores huiuſmodi, partibus ipſis auditis, & ſeruatis ſeruandis, prædictis partibus ad hoc legitime citatis, decreuimus fore concedendas, decernimuſque & concedimus in forma quæ ſequitur.

Anno Christi 1415.

* *videtur deeſſe,* quia

*Monitorium in forma debita contra ducem Auſtriæ.*

Sacroſancta generalis Synodus Conſtantienſis vniuerſos & ſingulos venerabiles fratres, patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos & dilectos eccleſiæ filios abbates, priores, præpoſitos, decanos, cantores, ſcholaſticos tam cathedralium, quam collegiatarum canonicos, parochialiumque rectores eccleſiarum, ceteroſque presbyteros, clericos & notarios & tabelliones publicos, per Alemaniam

ANNO CHRISTI 1415.

& Italiam, & alias vbilibet conſtitutos, & eorum quemlibet tenore præſentium requirimus & monemus, primo, ſecundo, tertio & peremptorie, communiter & diuiſim, eiſque & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſubſcriptis ſententiarum pœnis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium, poſtquam pro parte dicti Georgii epiſcopi vigore præſentium fuerint requiſiti, vel eorum alter fuerit requiſitus: quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies eis & eorum cuilibet pro tertio & peremptorio termino ac canonica monitione aſſignamus, ita quod in his exequendis alter alterũ non expectet, nec vnus pro alio ſe excuſet, præfatum Fridericum ducem & quoſcumque alios eccleſiæ & ciuitatis Tridentinenſis, nec non oppidorum, caſtrorũ, terrarum, locorum, ac iurium & bonorum quorumcumque ad ipſam eccleſiam pertinentium, prædictorum forſan occupatores & detentores, vaſſallos & ſubditos, etiam ſi ducalis aut alterius cuiuſcumque dignitatis, ſtatus ac præeminentiæ fuerint, in eorum propriis perſonis, ſi & vbi pro præmiſſorum ac infra ſcriptorum executione ad eorum præſentias tutus patebit acceſſus. Alioquin per edictum publicum in audientia publica contradictarum legendum, nec non cathedrali & ſancti Stephani Conſtantienſis, ac locis circumuicinis, videlicet Aquileienſi, Salsburgenſi, Auguſtenſi, Friſingenſi, Brixinenſi, Curienſi, Feltrenſi & Veronenſi eccleſiis affigendum, & inibi publicandum ex parte noſtra, Fridericum ducem Auſtriæ & alios occupatores prædictos requirant & moneant, quos nos etiam tenore præſentium ſic requirimus & monemus, ipſique Friderico duci in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub anathematis, ſacrilegii, priuationis omnium bonorum feudalium, quæ ab eccleſia ſeu imperio obtinent, & inhabilitationis ſuæ & filiorum ſuorum maſculorum ad obtinendum tam feuda, quam officia & beneficia vſque ad ſecundam generationẽ, & honoris & famæ ac communionis in conſiliis principum, quam ipſum Fridericum ducem iuxta conſtitutionem diuæ memoriæ Caroli IV. contra tales facinoroſos & ſacrilegos editam, a ſede apoſtolica canonizatam & approbatam, quinimo & periurii ratione iuramenti jn manibus regis Romanorum per ipſum ducem

præſtiti, & aliis ſæcularibus perſonis ſub excommunicationis & priuationis minorum feudalium, quas ipſas perſonas ſæculares ſupradictas, nec non eccleſiaſticis perſonis ſub dictæ excommunicationis ac priuationis omnium beneficiorum eccleſiaſticorum, & inhabilitationis ad illa, & quæcumque alia beneficia in poſterum obtinenda, ac ſuſpenſionis a diuinis quo ad capitula, nec non interdicti quo ad omnia territoria prædicti ducis Friderici, & ceterorum occupatorum & detentorum cenſuris & pœnis, quas eccleſiaſticas perſonas prædictas, ſi in præmiſſis deliquerint, & mandatis & monitionibus huiuſmodi non paruerint, ſeu non paruerit, incidere volumus ipſo facto, & quas in ipſas exnunc prout extunc, extunc prout exnunc, canonica monitione præmiſſa, ferimus in his ſcriptis, niſi mandatis huiuſmodi obedierint, diſtricte præcipiendo mandent, ſeu alter eorum mandet. Quibus nos etiam tenore præſentium ſic mandamus, quatenus ipſe Fridericus dux & alii forſan occupatores & detentores huiuſmodi, infra triginta dierum ſpatium poſt requiſitionem & monitionem immediate ſequentiũ, & quorum dierum decem pro primo, decem pro ſecundo, & reliquos decem dies pro tertio & peremptorio terminis ac monitione canonica, eis & eorum cuilibet aſſignamus, ab occupationibus & detentionibus eccleſiæ, ciuitatis, oppidorum, caſtrorum, terrarum & locorum, nec non iurium & bonorum prædictorum, & illorum quæ ante & poſt prætactam ſpoliationem ad illam eccleſiam Tridentinenſem ſunt deuoluta, penitus & omnino deſiſtant, & eorum quilibet deſiſtat, ac ipſi Georgio, aut procuratori, ſeu procuratoribus ſub eius nomine poſſeſſionem corporalem, realem & actualem eccleſiæ, ciuitatis, oppidorum, caſtrorum, terrarum & locorum, nec non iurium & bonorum prædictorum efficaciter & ſine dolo & fraude reſtituant, & reſtitui faciant & permittant, & eorum quilibet reſtitui faciat & permittat. Ipſe quoque Fridericus dux Georgio epiſcopo de perceptis huiuſmodi ſatisfaciat, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachii ſæcularis. Vaſſalli quoque & nobiles, officiarii, capitanei & ſubditi tam eccleſiaſtici quam ſæculares ſupradicti, infra ſex dies poſt lecturam & publicationem & affixionem præſentium, nec non lapſum dictorum triginta



ginta

ANNO CHRISTI 1415. ginta dierum terminum immediate ſequentium, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino eis & eorum cuilibet per ſimile edictum aſſignamus, & aſſignari præcipimus & mandamus, præfato Georgio epiſcopo tamquam eorum vero domino, & non ipſi Friderico duci, ſeu alteri cuiquam, in omnibus (prout alias conſueuerunt) facere teneantur. Non obſtantibus quibuſcumque iuramentis in contrarium præſtitis, a quibus eos (vt præmittitur) abſoluimus, efficaciter pareant, obediant & intendant, & eorum quilibet pareat, obediat & intendat. Et inſuper in caſu quo præfatus dux Fridericus & alii forſan occupatores & detentores, nec non vaſſalli, nobiles, officiarii, capitanei & ſubditi, & alii ſupradicti mandatis huiuſmodi infra terminos ſupradictos non paruerint, extunc prout exnunc, exnunc prout extunc, omnes & ſingulos vaſſallos, nobiles, officiarios, capitaneos, nec non occupatores & detentores in ciuitate & diœceſi Tridentinenſi, ſeu alibi commorantes & conſtitutos, quorum præſentia pro executione præmiſſorum & infra ſcriptorum facienda tute adiri non poteſt, per ſimile edictum pari modo & forma legendum, publicandum & affigendum, Fridericum ducem & alios occupatores & detentores tenore præſentium peremptorie citamus, ac per delegatos noſtros ſupradictos citari volumus & mandamus, quatenus ipſe Fridericus dux & alii forſan occupatores & detentores huiuſmodi moniti & requiſiti, octaua die poſt lapſum dictorum triginta dierum eis aſſignatorum immediate ſequentium, ſi iuridica fuerit; alioquin, proxima die iuridica extunc ſequenti: alii vero, vt nobiles, capitanei, officiarii & ſubditi edictum huiuſmodi moniti & exquiſiti, vigeſima die poſt lapſum dictorum ſex dierum eis aſſignatorum immediate ſequentium, ſi iuridica fuerit; alioquin, proxima die iuridica ſequenti compareant coram nobis vel iudicibus per nos deputatis, ſeu interim deputandis, pœnas, cenſuras ac ſententias huiuſmodi declarari, & ipſe Fridericus dux, procedi, viſuri & audituri. Certificantes nihilo minus eoſdem, quod vſque ad declarationem pœnarum prædictarum procedemus iuſtitia mediante. Venerabilibus vero fratribus, patriarchis, archiepiſcopis &

episcopis, quibus ob reuerentiam ſuarum pontificalium dignitatum duximus merito deferendum, ſi in prædictis deliquerint, vel aliquis eorum deliquerit, ſex dierum canonica monitione præmiſſa, ingreſſum eccleſiæ interdicimus in his ſcriptis. Si vero huiuſmodi interdictum per alios ſex dies ſuſtinuerint, ſeu alter eorum ſuſtinuerit, ipſos ſuſpendimus a diuinis. Si vero huiuſmodi interdicti & ſuſpenſionis ſententias animis (quod abſit) ſuſtinuerint, vel alter eorum (quod abſit) ſuſtinuerit induratis, ipſos exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc, excommunicationis ſententia innodamus. Inferiores vero epiſcopis, qui in præmiſſis exequendis negligentes fuerint, vel eorum aliquis negligens fuerit, poſt lapſum ſex dierum terminum excommunicationis ſententiam incurrere volumus ipſo facto. Abſolutionem vero omnium & ſingulorum, qui præfatas noſtras ſententias, aut earum aliquam incurrerint, vel aliquis eorum incurrerit quoquo modo, nobis aut ſummo futuro pontifici tantummodo reſeruamus. Loca vero audientiæ & valuarum prædictarum, tamquam publica & idonea ad executionem prædictorum (vt præmittitur) publicandam ad inſtar publicorũ edictorum, quæ olim in albo prætorio ſcribebantur, duximus eligenda, quæ præſentes noſtras literas ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo iudicio publicabunt, in quibus noſtras literas modo præmiſſo decernimus publicandas, ne prænominati moniti & citati de præmiſſis aliquam ignorantiam prætendere valeant, vel etiam allegare; cum non ſit veriſimile, apud dictos ſic citatos & monitos remanere incognitum, quod tam patenter & notorie extitit publicatum. Volentes nihilo minus & decernentes, quod præſentes noſtræ literæ dictos monitos & citatos perinde arceant & adſtringant, ac ſi eorum propriis perſonis publicatæ fuiſſent. De executione præmiſſorum, & de his quæ in præmiſſis & quolibet præmiſſorum vos præſcripti venerabiles fratres, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, voſque alii delegati noſtri feceritis, ſeu aliquis eorum fecerit, nos per inſtrumenta publica, ſeu alia legitima documenta legitime certificare non obmittatis ſub pœnis ſupradictis, quibus & cuilibet veſtrum in præmiſſis dabimus plenam fidem. Datum Conſtantiæ vndecimo ANNO CHRISTI 1415.

ANNO CHRISTI 1415. Kalendas Decembris, anno a natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, apoſtolica ſede vacante.

Quibus lectis, fuit reſponſum, dictum, & alta voce clamatum per dominos Concordienſem Italicæ, Tolonenſem Gallicanæ, Mersburgenſem Germanicæ, & Cortagenſem Anglicanæ, epiſcopos quatuor nationum, & per eorum quemlibet nomine ipſorum & cuiuſlibet eorum, Placet: & per dictum dominum Oſtienſem nomine collegii cardinalium, Placet. Procurator vero præfati domini ducis proteſtatus fuit de nullitate monitorii, & de grauamine, & appellando petiit inſtrumentum.

*Congregatio ad audiendum relationem ambaſiatorum miſſorum ad Petrum de Luna, & regem Aragonum.*

Anno a natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſexto, indictione nona, die vero Iouis trigeſima menſis Ianuarii, fuit celebrata congregatio generalis in maiori eccleſia Conſtantienſi, pro relatione ambaſiatorum miſſorum ad Petrum de Luna, in ſua obedientia Benedictum decimumtertium nominatum, & sereniſſimum principem dominum Ferdinandum Aragonum regem: & reuerendiſſimus pater dominus Iacobus archiepiſcopus Turonenſis, vnus de ambaſiatoribus miſſis ex parte Concilii, exiſtens in ambone vna cum collegis ſuis, nomine proprio & coambaſiatorum ſuorum fecit relationem legationis ſuæ. Qua facta, legit quoſdam articulos ſiue capitula per ſereniſſimum principem dominum Sigiſmundum Romanorum & Hungariæ regem, ac ambaſiatores ſacri Concilii ex vna, & dominos de obedientia ipſius Petri de Luna Narbonæ concordata ex altera, partibus. Quorum capitulorum tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis.

Die Veneris decimatertia menſis Decembris, anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, indictione octaua, in capitulo nouæ eccleſiæ Narbonenſis, in camera magna turris noui palatii epiſcopi Narbonæ, hora ſecunda poſt meridiem, ante tamen prandium, capitula ſequentia per ſereniſſimum dominum Romano-

rum regem, & dominos legatos Concilii Conſtantienſis, ſic per eius obedientiam nuncupati ab vna parte; & dominos ambaſiatores illuſtriſſimorum regum & potentum aliorum dominorum principum obedientiæ domini Benedicti papæ decimitertii, ſic etiam per eius obedientiam nuncupati ab altera, pro vnione in ſancta Dei eccleſia conſequenda, concordata extiterunt cum Dei adiutorio modo infra ſcripto. Anno Christi 1415.

*Tenor capitulorum concordatorum.*

Primo, quod conuocatio fiat per prælatos, ceteroſque viros eccleſiaſticos in dicto Concilio Conſtantienſi, ſic per eius obedientiam (vt præfertur) nuncupato, exiſtentes & congregatos de regibus & principibus prædictis, cardinalibus & prælatis, ceteriſque viris de obedientia dicti domini Benedicti papæ decimitertii, ſic etiam per eius obedientiam (vt præfertur) nuncupati, qui ad generale Concilium debent & ſunt conſueti vocari per literas opportunas dictorum dominorum de Concilio Conſtantienſi, quæ emanent ab eis ſub nominibus generalibus, & ſub denominatione tituli dignitatum ſiue nominum appellatiuorum, ſine expreſſione propriorum nominum, vel propriarum dignitatũ, ſecundum formam hic concordatam, & inferius inſertam. Et quod dictæ literæ dirigantur nedum ad dominos reges & principes & cardinales, ſed & ad alios quoſcumque prælatos obedientiæ prædicti domini Benedicti. Et quod dicti domini reges & principes ipſius obedientiæ ſumant onus faciendi præſentari dictas literas conuocatorias, quilibet in regno & principatu ſuo prælatis ſuæ iuriſdictionis, & ſpecialiter dominus rex Aragonum ſumat onus faciendi præſentari dictas literas conuocatorias regibus & principibus dictæ obedientiæ iſta capitula firmantibus, & quod in dictis literis conuocatoriis præfigatur terminus ad intereſſendum in ciuitate Conſtantienſi pro vniendo ſe, & faciendo Concilium generale vna cum aliis ibidem congregatis, trium menſium computandorum a die præſentationis dictarum literarum fiendæ domino regi Aragonum in Perpiniano, (ſi fuerit) vel alias in ciuitate Barcinonenſi (ſi fuerit præſens vel abſens) & in caſu abſentiæ ſufficiat præſentare

ANNO CHRISTI 1415. literas antedictas vicario regis, vel conſiliariis dictæ ciuitatis, aut maiori parti eorumdem. Et vice verſa, quod præfati domini reges & principes maxime dictæ obedientiæ domini Benedicti, facient literas conuocatorias ad prænominatos prælatos, ceteroſque dominos de Concilio Conſtantienſi, ſimiles literis conuocatoriis ab illis de Concilio emanandis, vt præfertur, vel per ſuos ambaſiatores, vel procuratores mittendos, ſufficienti poteſtate ſuffultos, ibidem in Conſtantia congregatos, conuocabunt, hoc addito ac etiam intellecto, quod literæ conuocationis mittantur ad dominum regem Aragonum ſexaginta numero, videlicet viginti, quæ dirigantur ad ſereniſſimum dominum regem Caſtellæ, & prælatos regni ſui: & aliæ viginti, quæ dirigantur ad ſereniſſimum dominum regem Aragonum & Siciliæ, & prælatos regnorum ſuorum: & decem, quæ dirigantur ad illuſtriſſimum dominum regem Nauarræ & prælatos iuriſdictionis ipſius; & quinque, quæ dirigantur præpotenti domino comiti Fuxi, prout in eiſdem literis debet ſerioſius contineri.

Secundo, quod dictæ conuocationes fiendæ per dominos de Concilio Conſtantienſi, & etiam per dictos dominos reges & alios, &c. nec non & congregatio & conſtitutio Concilii generalis fienda per dictos dominos reges & ceteros de obedientia dicti domini Benedicti, &c. poſſint fieri & fiant generaliter, vt deferatur honori Concilii Conſtantienſis iam dicti: ſcilicet pro extirpatione ſchiſmatis & hæreſum, pro ſancta vnione Romanæ eccleſiæ, pro reformatione vniuerſalis eccleſiæ in capite & in membris, & pro vnico eligendo paſtore, & pro aliis cauſis & rationibus quæ ad generale Concilium de iure pertinent & ſpectant. Sed ad partem promittatur & firmetur per ſereniſſimum dominum imperatorem, & per dominos prænotatos, prælatos & ceteros ſpectabiles viros huc miſſos ex parte dominorum de dicto Concilio Conſtantienſi, nomine dicti Concilii, & etiam proprio, mediante publico inſtrumento cum iuramentis, quod in Concilio Conſtantienſi vniendo & conſtituendo (vt præfertur) non tractabuntur, ordinabuntur, ſtatuentur, vel tractari, ordinari aut fieri permittentur directe vel indirecte, aliqua concernentia aut tangentia dictos dominos re-

ges, principes, prælatos, & alios de obedientia dicti domini Benedicti, vel aliquem ex eis, non ſolummodo dumtaxat cauſa eiectionis dicti domini Benedicti, & electionis futuri ſummi pontificis, & reformationis eccleſiæ in capite & in membris, & in cauſa hæreſum cum dependentibus & emergentibus, &c. Et quod dicti domini de dicto Concilio Conſtantienſi ratificabunt & approbabunt huiuſmodi promiſſionem & obligationem mediantibus publicis inſtrumentis, vt ſupra. Et quod nihilo minus prædicta promiſſio, ratificatio & ſecuritas ſpecialiter confirmentur & rata habeantur, & nouiter firmentur, & ſtatuantur per dictum formandum Concilium ſufficienter, prout fieri debeat, & eſt ſolitum, antequam procedatur & procedi valeat ad aliquos actus, poſtquam fuerint vniti. Et quod, ſi contrarium fieret, domini reges & principes, & alii de obedientia dicti domini Benedicti ab expreſſo exnunc agunt & dicunt, quod illa ſic in contrarium facta per formandum & vniendum Concilium, habeantur pro inualidis atque nullis ipſo iure, & quod ad obſeruationem eorum, dicti domini reges & principes, & ceteri de prænominata obedientia dicti domini Benedicti, minime teneantur. ANNO CHRISTI 1415.

Tertio, quod præfatis de obedientia dicti domini Benedicti venientibus ad Conſtantiam, ſtatim fiat vnio eorumdem ad dictum Concilium Conſtantienſe, pro faciendo vnum vniuerſale Concilium. Quo facto, dicti domini reges & principes, & alii de obedientia eiuſdem domini Benedicti, dicunt eſſe certiſſimum, quod non poſſunt licite obedire alicui in papam eligendo, vt vero papæ, niſi prius vacaret papatus morte aut renuntiatione dicti domini Benedicti pure, licite & libere facta, prout de iure diuino pariter & humano tenetur; vel per iuſtam & legitimam ipſius depoſitionem, ſeu depoſitionis declarationem ac eiectionem a papatu per dictum Concilium, vel eius auctoritate fiendam. Propterea in fauorem dictæ vnionis conſequendæ, eſt concordatum inter ſereniſſimum dominum regem Romanorum, & alios dominos de Concilio Conſtantienſi, quod ab eis ſacrum Concilium generale appellatur, & inter ambaſiatores & procuratores dictorum dominorum regum & principum, qui

ANNO CHRISTI 1415. ſunt de obedientia dicti domini Benedicti, quod antequam ad electionem vnici ſummi pontificis procedi valeat per dictum Concilium, vel per alios ad quos pertineat, procedatur per dictum Concilium ſic vnitum contra eumdem dominum Benedictum, nolentem aut ſubterfugientem renuntiare pure & libere, prout de iure diuino pariter & humano tenetur, aut etiam quomodolibet delinquentem, prout de iure diuino pariter & humano poteſt & debeat procedi per dictam iuſtam & legitimam eius depoſitionem, ſeu depoſitionis declarationem, & alias prout præfertur.

Ita tamen, quod formetur & fiat proceſſus nouus per dictum Concilium contra eumdem dominum Benedictum iuſte & legitime. Ad cuius verificationem & deciſionem, nullatenus habeatur ratio ad proceſſum Piſani Concilii, vel ſententias ibidem latas, vt illo vel illis dictum Concilium in modum probationis, vel in vim proceſſus vel iudicati non vtatur. Et quod proceſſa, cognita & ſententiata per dictum Concilium modo prædicto, dicti domini reges & principes, & ceteri obedientiæ dicti domini Benedicti, rata & grata habebunt, & illa minime impugnabunt. Item quod cardinales dicti domini Benedicti ſic vocati, vt ſupra in literis conuocatoriis, dum venerint ad dictum Concilium, admittantur per idem Concilium ad omnes actus ibidem expediendos, & etiam ad electionem futuri ſummi pontificis ſuo caſu, & ſecundum quod alii cardinales vocatorum Gregorii & Ioannis admittentur. Et ſi vocati vt ſupra, non venerint perſonaliter ad iam dictum Concilium, ſed per alias perſonas ſufficiens procuratorium habentes, recipientur & admittentur perſonæ prædictæ ad omnes actus Concilii, prout procuratores dominorum cardinalium dictorum dominorum Ioannis & Gregorii admittentur & recipientur, & ſecundum quod dictum vniendum Concilium circa prædictos omnes cardinales duxerit ordinandum.

Quarto, quod per dictum vniendum Concilium, ſi & inquantum fuerit neceſſarium vel opportunum ad vberiorem cautelam, tollantur, aboleantur, annullentur & irritentur quicumque proceſſus, ſententiæ, decreta, ordinationes, ſtatuta & pœnæ, per olim Gregorium & Ioan-

nem & ſuos prædeceſſores, ac per Concilium conuocatum Piſis, a tempore exorti ſchiſmatis & citra, ex occaſione vel cauſa ipſius ſchiſmatis facta & factæ, prolatæ contra dominos reges, principes, & alios quoſcumque obedientiæ dicti domini Benedicti, ac etiam contra quaſuis alias perſonas, quæ dicto Benedicto non adhærent poſt dictam eiectionem, ſeu depoſitionis declarationem; & contra quaſcumque vniuerſitates, villas & loca, quatenus tangat & tangere poſſit dictos dominos reges & principes, & alios obedientiæ dicti domini Benedicti, & omnia & ſingula inde ſecuta, omnem effectum eorum tollendo, & omnem maculam, ſiue notam, quæ contracta fuerit ob prædicta. Et idem intelligatur dictum de perſona dicti Benedicti, caſu quo renuntiauerit pure & libere & ante ſententias dictæ eiectionis. Intellecto tamen & declarato, quod dictum Concilium non poſſit ſe iuuare proceſſibus & ſententiis aduerſus dictum dominum Benedictum latis in proceſſu & ſententia inde ferendis contra eumdem dominum Benedictum, de quibus in tertio articulo continetur. Et fiat ſimiliter de ſententiis latis per dictum dominum Benedictum contra obedientiam dicti Concilii, dominos reges, principes, perſonas ſingulares, villas, loca: & quod ſtatuatur in prima ſeſſione dicti Concilii, tempore quo fiet dicta vnio, quod nunquam de cetero ratione vel occaſione dicti ſchiſmatis, aut adhæſionis dicti domini Benedicti & ſui prædeceſſoris domini Clementis, poſſit contra dominos reges, principes, prælatos, & alios de obedientia dicti domini Benedicti, quomodolibet procedi in iudicio vel extra. ANNO CHRISTI 1415.

Quinto, quod per dictum formandum Concilium approbentur, laudentur & confirmentur, & etiam meliori modo, quo fieri poſſit, pleniſſime firmentur omnes & ſingulæ conceſſiones, diſpenſationes, gratiæ factæ per dictum dominum Benedictum quibuſuis perſonis dictæ ſuæ obedientiæ, de quibuſuis dignitatibus, archiepiſcopatibus, epiſcopatibus & officiis, & beneficiis aliis quibuſcumque infra ſuam obedientiam, quæ nunc eſt, de his quæ nunc poſſident, & quæcumque infeudationes, inueſtituræ, contractus, & aliæ conceſſiones & gratiæ vſque in diem primæ requiſitionis factæ eidem Benedicto per reges & princi-

ANNO CHRISTI 1415.

principes ſuæ obedientiæ, quibuſuis perſonis ſuæ obedientiæ infra ſuam obedientiam, quæ nunc eſt etiam ſæcularibus, tam regibus Aragonum, Caſtellæ, Nauarræ, comitibus Armeniaci & Fuxi, quam filiis & liberis eorum, coniunctim & diuiſim, de his quæ nunc poſſident, & etiam aliis cuiuſuis conditionis exiſtant. Hoc tamen intellecto & declarato, quod ſi ab aliquibus prælaturis, ſeu magiſteriis, dignitatibus vel beneficiis quibuſcumque, durante ſchiſmate fuerint ſeparata, vel alias ſegregata aliqua membra, caſtra, villæ, ſeu alia bona, redditus, prouentus, ſeu emolumenta ac reſponſiones cameræ, vel alia iura quæcumque, de quibus fuerit aliquibus forſan iam prouiſum, vel facta collatio, ſeu infeudatio infra ſuam obedientiam conſtitutis, quod prædicta ipſis prælaturis, magiſteriis, ſeu magiſtratibus, dignitatibus & beneficiis, vt capiti reſtitui & redintegrari valeant per Concilium antedictum; & ceteris de aliis dignitatibus & beneficiis prouideatur, prout prouidentiæ Concilii fuerit viſum, per dictas confirmationes & approbationes hic contentas nullum impedimentum his præſtetur. Et idem fiat e conuerſo de alia obedientia.

Sexto, quod cardinales dicti domini Benedicti, ſi forſitan voluerint ire aut mittere ad iam dictum formandum Concilium, ſeu ad electionem ſummi pontificis, cum vacauerit papatus, altero de dictis tribus modis (vt ſupra in dicto tertio capitulo dictum eſt) faciendam, conuocati modo quo ſupra, & adhærere volentes opinioni dictorum dominorum regum & principum obedientiæ dicti domini Benedicti, deputentur, recipiantur & admittantur, vt veri cardinales ſanctæ matris vniuerſalis eccleſiæ, & vt tales habeantur, & ab omnibus honorentur, nec non dignitatibus, emolumentis ac aliis cardinalatus priuilegiis, præeminentiis & prærogatiuis (vt præmittitur) frui pariter & gaudere, ſaluis tamen aliis conſtitutionibus & ſtatutis per dictum Concilium promulgandis, de electione Romani pontificis facientibus mentionem.

Septimo, quod prouideatur per dictum formandum Concilium circa officiales Romanæ curiæ dicti domini Benedicti, dum tamen eidem domino Benedicto non adhæreant poſt ſubtractionem obedientiæ (ſi eam fie-

ri contingat) vel poſt eiectionem prædictam. ANNO CHRISTI 1415.

Octauo, quod ſi ante renuntiationem ſeu eiectionem dicti domini Benedicti prænominatam, ipſum contingat decedere, promittant dicti domini reges & principes eius obedientiæ, atque iurent, quod non permittent fieri in eorum regnis & terris electionem aliquam per cardinales ipſius, vel alios ipſorum vice: imo quantum in eis erit, modis omnibus prohibebunt. Et caſu quo fieret per illos electio, illi ſic electo per eos non adhærebunt, nec obedient quoquo modo, neque in eorum terris & regnis illum ſic electum aliquatenus ſuſtinebunt, vel ſuſtineri permittent. Sed electionem in dicto caſu per dictum formandum Concilium permittent fieri, & electo per illud in papam in dicto caſu, vt vero ſummo pontifici indubie adhærebunt.

Nono, quod præfatum formandum Concilium debite prouideat, cum decenti manſuetudine & rationabili æquitate, quod vbi duo vel plures in eodem titulo ex diuerſis obedientiis concurrunt, quilibet eorum in dicto Concilio tractabitur, honore vtriuſque obedientiæ ſemper ſaluo: & quod ante finem dicti Concilii idem Concilium prouidebit in dictis caſibus taliter, quod illorum quorumlibet honor & ſtatus, quamdiu vixerint, debite ſupportentur, & interim nihil innouetur contra aliquem prædictorum, quouſque per dictum Concilium ad eumdem ſummum pontificem eligendum prouiſum fuerit debite ſuper iſtis.

Decimo, quod dictus dominus rex Romanorum, & domini qui ſunt præſentes ex parte dominorum de Concilio Conſtantienſi, illorum nomine & etiam proprio, quantum ad eos ſpectat, & eorum quemlibet, bona fide aſſecurent & aſſecurari faciant per dominum regem Franciæ, & dominos ducem Aquitaniæ, Delphinum Viennenſem, & regem Ludouicum, & dominum comitem Sabaudiæ, & per totum dominium ipſorum, dictum dominum Benedictum, ſi ire voluerit, vel mittere ad dictum Concilium, & omnes & ſingulos ambaſiatores & procuratores ipſius domini Benedicti, & dominorum regum & principum, & alias quaſuis perſonas, ſiue ſint cardinales & alii prælati, ſi accedere voluerint, ac alios quoſlibet obedientiæ dicti domini Benedicti, tam clericos, quam laicos,

Anno Christi 1415. cuiuſuis ſtatus, gradus aut conditionis exiſtant, cum gentibus & familiaribus ſuis, & bonis eorum, cum ſufficientibus literis de ſaluoconductu, quod tute & libere poſſint ire, tranſire & morari per itinera & loca vſque ad Conſtantiam incluſiue, & ſtare in dicta ciuitate Conſtantienſi, & in dicto Concilio, quamdiu eis & cuilibet eorum placuerit, & reuerti ab illis cum voluerint; & alias in omnibus & per omnia eundo, ſtando & redeundo, pleniſſima gaudeant libertate, & quod officiales & conſules Conſtantienſes in abſentia prædicti domini regis Romanorum, & alii ad quos ſpectat, iurent, & mediante eorum iuramento promittant, quod fideliter obſeruabunt, quantum ad eos ſpectat, & obſeruari facient præmiſſa omnia & ſingula, & defendent, & tuebuntur ſupradictos omnes & ſingulos in perſonis & bonis pro toto poſſe, omni fraude ceſſante, & nullam impreſſionem aut violentiam directe vel indirecte facient aut fieri permittent iam dictis perſonis, vel eorum ſingulis, nec bonis eorum quoquo modo: & omnia iſta firmabunt iuramentis per dictum dominum regem Romanorum, per ſe & per alios dominos pro Concilio Conſtantienſi hic præſentes, tam nomine dicti Concilii, quam proprio. Quæ guidatica & aſſecuramenta mittentur domino regi Aragonum, vna cum literis conuocatoriis dicti Concilii, ad hoc vt dictus dominus rex poſſit certificare vocandos de dictis ſecuritatibus & ſaluiſconductibus, ne dicti vocati dicta occaſione ſe valeant, abeundo ſeu mittendo ad dictum Concilium, excuſare.

Vndecimo, quod dictus dominus rex Romanorum ſuo nomine & pro ſucceſſoribus ſuis, & alii domini hic præſentes, nomine dictorum dominorum de Concilio Conſtantienſi & proprio iurabunt ſingulariter & promittent, quod omnia & ſingula in prædictis capitulis & eorum quælibet contenta facient (quantum in eis erit) omni dolo ceſſante, per dominos cardinales, patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, & alios prælatos, ambaſiatores dominorum regum & principum, & alios in dicto Concilio Conſtantienſi exiſtentes, vt ſingulares per ſe vel perſonas ad hoc ſufficienti poteſtate ſuffultas, approbari, firmari & iurari antequam concedantur dictæ literæ conuocatoriæ. Et quod in prima ſeſſione facta vnione ad dictum Conci-

lium, pro dicto vniuerſali Concilio prædicta facient, concedent, ſtatuent, ordinabunt & iurabunt. Et ſi contrarium præmiſſorum vel alicuius ipſorum fieret, vel prædicta omnia & ſingula non adimplerentur, fierent & exequerentur, prout in dictis capitulis & eorum quolibet continetur, exnunc aiunt & dicunt dicti domini reges & principes, prælati, & alii ipſius obedientiæ domini Benedicti ab expreſſo, quod ipſo facto ſit irritum & inane, & quod ad obſeruantiam præſentium capitulorum minime, vel etiam alicuius eorum teneantur. Et etiam ambaſiatores regum & principum hic præſentes obedientiæ domini Benedicti, firment & iurent dictis nominibus dictorum regum & principum, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, tenere & obſeruare omnia & ſingula ſupradicta, quantum in eis erit. ANNO CHRISTI 1415.

Duodecimo, quod de prædictis omnibus & ſingulis firmentur & tradantur cuilibet partium prædictorum tot, quot neceſſaria fuerint, publica inſtrumenta.

Anno a natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſexto, indictione nona, die Martis quarta menſis Februarii, Conſtantiæ in eccleſia maiori fuit congregatio generalis, & dominus archiepiſcopus Iacobus Turonenſis, vnus ex ambaſiatoribus Concilii ad partes Aragoniæ, in ambone exiſtens propoſuit, quomodo iuxta conuenta in capitulis Narbonenſibus omnes & ſinguli domini cardinales, prælati, ambaſiatores & procuratores exiſtentes in ipſo Concilio, tenerentur mediis eorum iuramentis dicta capitula approbare: & ſupplicauit ita fieri. Domini vero de Concilio ibidem ſtantes, nemine diſcrepante, reſponderunt, Placet. Approbaruntque dicta capitula, & iurauerunt ea fideliter obſeruare; videlicet domini cardinales & prælati ad pectora ſua, ceteri vero domini ad ſancta euangelia corporale præſtitere iuramentum, ſcrutantibus huiuſmodi iuramenta a dextero latere dominis Ioanne de Trembleio, ſedis apoſtolicæ & ſacri Conſtantienſis Concilii protonotario: a ſiniſtro vero latere Galtero Graſſi, priore eccleſiæ Rhodi ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, cum nonnullis aliis ſacri Concilii notariis & ſcribis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 1415.

*Nomina illorum qui iurauerunt approbationem capitulorum. Et primo cardinales.*

Ioannes Oſtienſis Viuarienſis.
Angelus Præneſtinus Laudenſis.
Iordanus Tuſculanus de Vrſinis, epiſcopi cardinales.
Antonius Bononienſis.
Franciſcus Venetiarum.
Ioannes Dominici Raguſinus.
Antonius Aquileienſis.
Gabriel Senenſis.
Petrus Cameracenſis.
Branda Placentinenſis.
Angelus Veronenſis.
Guillermus tituli ſancti Marci.
Almanus Piſanus.
Antonius de Chalanco, presbyteri cardinales.
Rainaldus de Branckaſiis.
Amedeus Salutiarum.
Ludouicus de Fliſco.
Odo de Columna.
Lucidus de Comitibus.
Franciſcus Florentinus, diaconi cardinales.
Ioannes patriarcha Conſtantinopolitanus.
Ioannes Antiochenus patriarcha.
Nicolaus archiepiſcopus Gneznenſis pro eccleſia ſua & rege Poloniæ.
Petrus archiepiſcopus Rigenſis pro ſe & rege Daciæ, Sueciæ & Noruegiæ.
Iacobus epiſcopus Placentinus pro ſe & rege Poloniæ, & duce Vuitoldo.
Nicolaus epiſcopus Bathonienſis pro ſe & rege Angliæ.
Robertus archiepiſcopus Saresbirienſis pro ſe & rege Angliæ.
Andreas epiſcopus Colocenſis pro ſe & rege Romanorum.
Nicolaus epiſcopus Mersburgenſis pro ſe & archiepiſcopo Magdeburgenſi.
Ioannes epiſcopus Sileticenſis pro ſe & rege Daciæ, Noruegiæ &c.

Martinus epiſcopus Atrebatenſis pro ſe & duce Burgundiæ. ANNO CHRISTI 1415.
Iacobus epiſcopus Adrienſis pro ſe & archiepiſcopo Rauennatenſi.
Elias epiſcopus Anicienſis, nulli præterquam Romanæ ſubditus eccleſiæ.
Ioannes epiſcopus Vaurenſis pro prouincia Toloſana.
Fridericus epiſcopus Auguſtenſis.
Patricius epiſcopus Cortagenſis.
Iacobus epiſcopus Eſinus.
Martinus epiſcopus Aprutinenſis.
Georgius epiſcopus Tridentinus.
Henricus epiſcopus Feltrenſis.
Antonius epiſcopus Concordienſis pro ſe & epiſcopo Aquenſi.
Stephanus epiſcopus Dolenſis.
Vitalis epiſcopus Tolonenſis.
Ludouicus epiſcopus Bangorenſis.
Vlricus epiſcopus Verdenſis.
Alanus epiſcopus Leonenſis.
Iacobus epiſcopus Laudenſis.
Nicolaus epiſcopus Spoletanus.
Ioannes epiſcopus Vuormatienſis.
Ioannes epiſcopus Frmanus pro ſe & archiepiſcopo Brunduſino, & abbate ſancti Nicolai de Auſino.
* Vlamingus Nolanus. * Flaminus
Nicolaus Aſſiſinas pro ſe & dominis Bertholdo Maſſanenſi & Andrea Nucerino.
Auguſtenſis epiſcopus in Francia.
Thomas epiſcopus Emonenſis.
* Sinonenſis. *Deeſt hic nomen epiſcopi aut quid aliud.*
pro ſe & abbate ſancti Georgii de Venetiis.
Ioannes Vuarmienſis procurator Fomezanienſis.
Culmenſis & Sambienſis epiſcoporum.
Franciſcus * Tudertinus pro ſe & abbatibus Marſianenſi, & ſancti Benedicti de * Gogabo de Organis. * Terdonenſis * Gorgaho
Epiſcopus Caſſis pro ſe & tribus epiſcopis, & abbate Auguſtenſi in * Franconia. * Francia.
Simon Anconitanenſis.
* Blaſius Cluſinus pro ſe & Peruſinenſi, Cortonenſi. * Baſilius

ANNO CHRISTI 1415.

Vigilienſi, Meſſanenſi & Caſertanenſi epiſcopis.

Ioannes Siluanectenſis ambaſiator vniuerſitatis Pariſiẽſis, Thomas Senonenſis, epiſcopi.

Ioannes Rauetenſis.

Andreas Poznanienſis ambaſiator regis Poloniæ & magni ducis Vuitoldi fratris Lithuaniæ ducis.

*Aſtorgius * Aſtrogius Militenſis, procurator dominorum archiepiſcopi Simpratinenſis, & ſuorum ſuffraganeorum.

Ioannes abbas Ciſtercienſis, procurator ſpecialis pro toto ordine Ciſtercienſi.

Gaſpar ſancti Ioannis Eremis de Peruſio, decretorum doctor, ambaſiator & procurator pro prouincia Burdigalenſi.

Matthæus abbas Claræuallis, ambaſiator eccleſiæ Gallicanæ, in theologia magiſter.

*Venten. Guillermus de Precibus ordinis Ciſtercienſis, * Venenſis diœceſis.

Guillermus ſancti Pauli de Cornuto Turonenſis diœceſis.

*Nouiomen. Ioannes Vrſicampi * Nouomenſis diœceſis.

Guillermus abbas ſancti Saluatoris de mane diœceſis Magalonenſis, pro prouincia Narbonenſi.

*Cellis Guillermus abbas de monaſterio de * Tellis Bituricenſis diœceſis, in decretis licentiatus.

Nicolaus abbas ſanctæ Mariæ de Columba, ordinis Ciſtercienſis.

Placentinenſis diœceſis, pro ſe & abbatibus de Strata, de *Brunduo, * Benedulo, de ſancto Thoma, ſanctorum Nazaræi & *Celſi * Celli Veronenſis.

Siffridus de Euagen ordinis ſancti Benedicti, Auguſtenſis diœceſis, abbas ſancti Petri Cabilonenſis.

Euerardus abbas in Lantz pro ſe & monaſterio ſuo, & tamquam pro parte omnium abbatum ordinis ſancti Benedicti Herbipolenſis diœceſis.

Hermannus de Argauillarii abbas ſancti Petri, ordinis ſancti Benedicti, Tullenſis diœceſis.

Alexander abbas monaſterii ſanctæ Mariæ de Bellofonte, ordinis veterum ſancti Benedicti diœceſis Maleacenſis, licentiatus in decretis, ambaſiator eccleſiæ regni Franciæ pro prouincia Burdigalenſi, & procurator epiſcopi Lanconienſis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Henricus abbas vtriuſque iuris licentiatus, ambaſiator vniuerſitatis Andegauenſis. ANNO CHRISTI 1415.

Abbas Otto Burnenſis ordinis ſancti Benedicti.

Abbas Rumenſis. Ioannes abbas monaſterii de * Robſtodum Ebredunenſis diœceſis. *Bobſtoden

Ioannes abbas de Fontibus * prouincia * Ebricenſi. *Ebroicenſi.

Abbas ſancti * * Maſſenſis pro eccleſia regni Franciæ & Delphinatus.

Abbas de Bolo in Anglia.

Abbas ſancti * Gilſadii. *Goldaſii.

Abbas de * Lanthein, abbates. *Lanhouum

*Nomina ambaſiatorum & procuratorum.*

Stephanus de Galliaco canonicus & archidiaconus Loſatenſis, in eccleſia Toloſana procurator capituli.

Magiſter Ioannes Baſiræ, procurator domini Ludouici archiepiſcopi Rothomagenſis.

Ioannes de Trembleio ſedis apoſtolicæ protonotarius, procurator capituli Ebredunenſis.

Nicolaus Verdis ſacri palatii apoſtolici cauſarum auditor, ambaſiator archiepiſcopi Bremenſis.

Magiſter Iordanus Morini, magiſter Guillelmus Pulcenepot, ambaſiatores regis Franciæ.

Nicolaus Augemii & Guillermus Brilleti, ambaſiatores regis Cypri.

Thomas abbas beatæ Mariæ Eboraci, ambaſiator regis Angliæ.

Paulus Vladung decretorum doctor, ambaſiator regis Poloniæ.

Petrus Canthon ambaſiator ducis Burgundiæ.

Leo de Naſteco licentiatus in legibus, canonicus decanus Biſuntinenſis, procurator capituli eiuſdem.

Ioannes Ponceti licentiatus in decretis, & Bartholomæus in legibus, procuratores epiſcopi * Lamberienſis. *ſ. Lomberienſis.

Abbas ſancti Pauli Biſuntinenſis.

Theodoricus de monaſterio pro vniuerſitate Colonienſi.

Ioannes Brum pro epiſcopo Halberſtadenſi.

Prior de Rhodis pro hoſpitalibus ſancti Ioannis Hieroſolymitani.

Antonius

ANNO CHRISTI 1415.

Antonius * Moeſſi pro epiſcopo Gratianopolitano & ordine Prædicatorum.

* Meoſt

* Steyn

Abbas * Stoxii pro rege Noruegiæ & monaſterio ſuo, & epiſcopo Lincopenſi.

Petrus de Mera pro epiſcopo & capitulo Traiectenſi.

* Luthofmiſlen. Lutomuſlen.

Paulus de Praga pro epiſcopo * Luthomiſienſi.

Iacobus Baruth pro abbate ſancti Lamperti Saltzburgenſis diœceſis.

Raimundus de Nouo bello pro epiſcopo Bituricenſi, & abbate ſancti Tiberii Agathenſis diœceſis.

* Ramâ

* Rimo

Frater Angelus abbas monaſterii in * Buna Saltzburgenſis diœceſis, ordinis Ciſtercienſis, pro monaſterio ſuo & duce Erneſto duce Auſtriæ.

Petrus præpoſitus canonicorum regularium monaſterii in Lægingen, pro monaſterio ſuo, & Ioanne burgrauio Nurembergenſi.

Magiſter Petrus de Pulchra, pro vniuerſitate ſtudii Viennenſis.

Paulus Ladaura pro vniuerſitate Cracouienſi.

Ioannes Hugueneti pro vniuerſitate Auinionenſi & certis abbatibus.

Henricus de Abundenſi pro vniuerſitate Oxonienſi.

Stephanus Platos pro epiſcopo Luthoſmiſienſi & vniuerſitate Pragenſi.

Petrus Parthis ordinis Theutonicorum, pro dicto ordine.

* Bloſonis

* Bolſonis

Michael * Boloſonis pro capitulis Viennenſi, Narbonenſi, Viuarienſi, & Ebredunenſi.

Andreas cantor Lubecenſis pro epiſcopo & capitulo Lubecenſi, nec non pro epiſcopo & capitulo Brandeburgenſi.

Ioannes de Burnen. pro epiſcopo Monaſterienſi.

* Portel

Guillermus * Prothos pro epiſcopo Ruſenſi, Aricanenſi & Affricanenſi.

* Mobedeo

Ioannes Gretz Reginæ pro abbate * Mobedeus Pragenſis diœceſis, ordinis ſancti Benedicti.

Matthias de Ville pro præpoſito in Vienna Patauienſis diœceſis.

Conradus abbas Pigamenſis ordinis ſancti Benedicti.

Ioannes Gervuer pro Henrico epiſcopo Verdenſi.

Iacobus Alberti pro archiepiſcopo Ebredunenſi, & capitulo. ANNO CHRISTI 1415.

Henricus de Abuden pro vniuerſitate Oxonienſi.

Philippus de Lapſa pro abbate Pridenſi ordinis S. Benedicti.

Iacobus Alberti pro archiepiſcopo Rauennatenſi,

Ferrarienſi epiſcopo,

Parmenſi epiſcopo, & Marchione Ferrarienſi.

Ioannes * Gigati pro capitulo Venetenſi. * Legoti

Fridericus de Spiritu pro archiepiſcopo Rauennatenſi, epiſcopo Ferrarienſi,

Parmenſi, & Marchione Ferrarienſi.

Benedictus de Guillelactis clericus cameræ, pro epiſcopo Arcuratenſi.

Frater Antonius de * Pecotto generalis ordinis Minorum pro toto ordine. * Pyreto

Iacobus Conradini pro epiſcopis * Gremenſi, Famaguſtanenſi, & pro abbate ſancti Andreæ de ſexto Ianuenſis diœceſis. * Cremonenſi,

Ioannes Tremoſinus pro præpoſito * Thoalorenſi diœceſis Pragenſis, ordinis Præmonſtratenſis. * Thoalgerenſis, Choti

Ægidius Petri canonicus Columbricenſis, pro epiſcopo Columbricenſi,

Colimbrienſi, & epiſcopo Viſenſi.

Ioannes decanus Lemouicenſis, pro prouincia Bituricenſi & epiſcopo Lemouicenſi.

Raimundus Gregorii, pro epiſcopo Siſtaricenſi.

Stephanus Poletz pro domino epiſcopo Lutomuſlenſi, & vniuerſitate ſtudii Pragenſis.

Elſinus archidiaconus Starenſis pro epiſcopo * Starenſi. * Scarēſi.

Ioannes de Fliſco præpoſitus ſancti Hadriani de Trigandio diœceſis Ianuenſis, pro epiſcopis Vercellenſi & Vigintimillienſi.

Laurentius Gnoda canonicus Lincopenſis pro epiſcopo Lincopenſi.

Frater Ioannes epiſcopus Firmanus.

Abbas ſancti Petri Cabilonenſis.

Theodoricus * Cintemberg, cancellarius epiſcopi Vbracenſis, pro ducibus Sileſiæ, &c. * Cincīberg,

Vuoalmarus Sals & Luderus Rector pro epiſcopo Hildesheimenſi & capitulo eiuſdem.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Anno Christi 1415. Coante Amoniæ pro duce Britanniæ, rege Scotiæ, comite Noruegiæ, & comite Sabaudiæ.

Petrus Tetinger pro ſe & abbate Fuldentio, & præpoſito Nurembergenſi, Patauienſis diœceſis.

Eberardus abbas in Lenienz pro ſe & monaſterio, & tamquam procurator omnium abbatum, monachorum ordinis ſancti Benedicti in diœceſi Herbipolenſi.

Ioannes de Perona canonicus & procurator eccleſiæ capituli Turonenſis.

Frater Bernardus prior domus Carthuſiæ prope Argentinam, procurator prioris maioris Carthuſiæ.

Guillermus de Forliuio rector conuentus fratrum Eremitarum ſancti Auguſtini de Forliuiis, procurator domini Georgii de Ordelaſſe domini Forliuii.

Galterus Graſſe procurator & magiſter totius ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, vtriuſque iuris doctor.

Nicolaus officialis Brixinenſis pro epiſcopo & clero Brixinenſi, & Erneſto duce Auſtriæ.

Petrus de Holtzkyrchen pro ſe & abbate Fuldenſi, ordinis ſancti Benedicti Herbipolenſis diœceſis, & præpoſito Nurembergenſi Patauienſis diœceſis.

Simon Bethute presbyter procurator epiſcopi Vaſionenſis & abbatis ſancti Engeri Turenſis.

Frater Antonius Coſtæ ordinis prædicatorum.

Ioannes de Vincellis procurator abbatis & conuentus ac totius ordinis Cluniacenſis, & procurator abbatis ſancti Regnaudi, & prioris de Caritate.

Ioannes de Gorello ordinis Minorum conuentus Pariſienſis, ordinis ante dicti regens, nec non fratris Ioannis Quingonelli ordinis præfati in prouincia Franciæ prouincialis miniſtri procurator.

Frater Petrus Coruilhelli, procurator abbatis ſancti Nicolai prope Andegauiam.

Ioannes Broſſandi procurator epiſcopi & capituli Mirapicenſis.

Simon Dobetheus archidiaconus Vapincenſis, procurator capituli eiuſdem, & Atrebatenſis.

Aymericus de * Atriis procurator præpoſiti Montis Iouis & ſupra ordinis & abbatis Sanginaci. * Arciis

Iacobus Craſſeti literarum apoſtolicarum ſcriptor, procurator capituli Auinionenſis & Munatenſis. ANNO CHRISTI 1415.

Bego de Rogeriis in legibus licentiatus, procurator epiſcopi Vticenſis, & deputatus pro prouincia Narbonenſi.

Berengarius Miſerondi procurator conuentus ſancti Guillermi de Deſertis, Lodonenſis diœceſis.

Magiſter Ioannes Baſiræ decretorum doctor, literarum apoſtolicarum corrector.

Ioannes Vgoenti licentiatus in decretis, pro vniuerſitatē Auinionenſi, & certis abbatibus.

Hermannus de Argenilari abbas ſancti Apri ordinis ſancti Benedicti, Tullenſis diœceſis.

Ioannes Seneſcalli procurator domini abbatis Præmonſtratenſis & totius ordinis, & Ioannes de * Ponlexo, *Ponleyo prior Romanæ curiæ, & cellerarius monaſterii ſancti Antonii, & præceptor de Reuerſo, ac procurator totius ordinis ſancti Antonii & Auguſtini, ac procurator epiſcopi Taurinenſis.

Magiſter Nicolaus de Vuordis doctor decretorum, ſacri palatii apoſtolici cauſarum auditor.

Ioannes Vuipperdus decretorum doctor, procurator domini Ludouici archiepiſcopi Rothomagenſis, ac idem pro abbate * Fiſtanenſi ordinis ſancti Benedicti Rothomagenſis diœceſis. * Fiſcanenſi

Paſquerius de Vallibus baccalaureus in decretis, procurator abbatis ſancti Ricarii in * Pontio ordinis ſancti Benedicti, alias Ambactenſis diœceſis. *Pontino

Petrus * Ginecoui literarum ſacræ pœnitentiariæ ſcriptor, & procurator epiſcopi & capituli Conſeranenſis. *Gaietani

Iacobus de Gramineis, de Graumicis, de Padua, canonicus Concordienſis, procurator epiſcopi Concordienſis, prouinciæ Aquileienſis.

Ioannes de Boues, procurator regis Franciæ, & procurator monaſterii ſancti Auguſtini.

Oliuerius * Longuenet in artibus & medicinis magiſter, baccalaureus in decretis, procurator epiſcopi * Treconenſis, abbatum de * Buſagio, de Malareyo, de Begardo, & Rhemenſis ſancti Benedicti Ciſtercienſis or- *Langulmet Gennet * Buſaya,

ANNO CHRISTI 1415. dinis, & Venetenſis, & Rauennatenſis, & Treconenſis diœceſis.

* Gaufridus * Godoffredus Dauli licentiatus in legibus, procurator epiſcopi Lemouicenſis, & abbatis ſancti Martialis Lemouicenſis diœceſis.

Petrus de Rococello prior prioratus conuentualis beatæ Mariæ de Aurate.

Theodoricus procurator domini archiepiſcopi Toloſanenſis, miſſus & nominatus pro prouincia Toloſana, & epiſcopi Agathenſis.

* Renteguerria Raimundus de * Remeguerria licentiatus in decretis, prior maioris eccleſiæ Electenſis, procurator epiſcopi & capituli Electenſis.

* Martinus * Marinus epiſcopus Aprutinenſis, procurator pro reuerendiſſimo patre domino Petro ſanctæ Mariæ in Coſmedin diacono cardinali de Venetia.

* f. Brundufino Item pro domino archiepiſcopo * Brunuſino.

Tierricus de ſancto Deodato licentiatus in legibus, & magiſter in artibus, ambaſiator vniuerſitatis Aurelianenſis, & procurator epiſcoporum Tullenſis & Xanctenſis.

Verneius militis, decanus eccleſiæ Bambergenſis, Bremenſis diœceſis.

Henricus de Molendino canonicus Bremenſis, ambaſiator domini archiepiſcopi Bremenſis.

Guillermus Votis in vtroque iure baccalaureus, canonicus eccleſiæ Gratianopolitanæ.

* Purtellis Guillermus * Brucellis, domini Michaelis archiepiſcopi
* Artham * Armacham. * Amham primatus Hiberniæ, ac domini Thomæ epiſcopi Offorienſis procurator.

* Valen. Guillermus de Spelunca canonicus * Nolenſis, miſſus nomine illuſtriſſimæ dominæ Ioannæ Nauarræ & Angliæ reginæ, & nomine proprio.

Robertus prior Celſinorum, vicarius & procurator abbatis Cluniacenſis, & eiuſdem conuentus Matiſconenſis diœceſis, pro ipſis & ſuo Cluniacenſi ordine.

Simon Quatadriorum canonicus ſancti Remigii, procurator dominorum epiſcoporum Andegauenſis & Auinionenſis.

Thomas Bonorant licentiatus in legibus, procurator epi-

ſcopi Andegauenſis, & omnium ſanctorum Andegauenſium; & Ioannes de Pratis monaſterii ordinis ſancti Auguſtini Maclouienſis diœceſis. Anno Christi 1415.

Alexander abbas monaſterii ſanctæ Mariæ de Bellofonte veteris ordinis ſancti Benedicti Maleacenſis diœceſis, licentiatus in decretis, ambaſiator eccleſiæ regni Franciæ, pro prouincia Burdigalenſi, cum aliis pro dicta prouincia ad Concilium venientibus miſſus, & procurator epiſcopi Lucionenſis.

* Ermogandus de Caſſeriis licentiatus in decretis. * Ermegandus.

Archipresbyter Narbonenſis, & prior de Capite ſtagno Narbonenſis diœceſis, ambaſiator vniuerſitatis Montiſpeſſulani Magalonenſis diœceſis.

Antonius de Zuuaneuuarde procurator præpoſiti, decani & capituli eccleſiæ ſancti Saluatoris Hexbeberenſis diœceſis, & decani & capituli eccleſiæ beatæ Mariæ, Curtracenſis diœceſis.

Hugo de * Teſſeto canonicus eccleſiæ Catracenſis, procurator epiſcopi Catracenſis. * Beſſeto

Henricus abbas vtriuſque iuris doctor, & Ioannes Honrode in eiſdem iuribus licentiatus, ambaſiatores vniuerſitatis Andegauenſis ad ſacrum Conſtantienſe Concilium deſtinati.

Ioannes * Dolior licentiatus in legibus, archidiaconus de Sabolio, & canonicus eccleſiæ Cenomanenſis prouinciæ Turonenſis, procurator decani & capituli eccleſiæ Cenomanenſis. * Dolier

Frater Petrus de Saliente cellerarius monaſterii Aureliaci ſancti Flori diœceſis, licentiatus in theologia & in decretis, vicarius epiſcopi Gratianopolitani, & procurator Vapincenſis epiſcopi, nec non abbatis Conchenſis Ruthenenſis diœceſis.

Ioannes * Honorodiæ vtriuſque iuris licentiatus, ambaſiator vniuerſitatis Andegauenſis. * Hourodiæ

Hugo Fabri magiſter in artibus & medicinis, procurator epiſcopi Cameracenſis.

Elſius ſcholaris pro abbate ſancti Laurentii Fauentinæ diœceſis.

Otto de * Milex præpoſitus eccleſiæ Herbipolenſis, pro ſe & epiſcopo Herbipolenſi. * Milet

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ANNO CHRISTI 1415. Ioannes * Habunde pro ſe & epiſcopo Eiſtetenſi & duce Franconiæ.

*Abundæ

Lampertus de Grolia, pro ſe & regno Hungariæ.

Bertholdus Ruke præpoſitus Lubecenſis, pro ſe & epiſcopis Tarbacenſi, Ozilienſi & Coromenſi.

Petrus Storch in theologia doctor, pro vniuerſitate ſtudii Lipſenſis.

Ioannes Creſte licentiatus in vtroque iure, pro duce Guillermo Bauariæ, comite Hollandiæ,

Hannoniæ & Zelandiæ.

Magiſter Albertus de Nuremberga, pro ſe & epiſcopo Bambergenſi.

Philippus de Lumpreſſa literarum apoſtolicarum ſcriptor, pro ſe & Bartholomæo abbate monaſterii ſancti Laurentii extra muros Tridentinenſes.

* Cunto * Cuntzo de Suuola, auditor ſacri palatii apoſtolici, & Albertus Varemptapp pro ſe & archiepiſcopo Pragenſi.

Ioannes & Arnoldus Forcheim, literarum apoſtolicarum ſcriptores, pro ſe & electo Getenſi.

Michael de Ezſedal rector parochialis eccleſiæ in Loſen Vratiſlauienſis diœceſis, pro præpoſito Martalenſi ordinis Præmonſtratenſis, Conſtantienſis diœceſis.

Nicolaus de Ballionibus, prior generalis ordinis ſancti ſepulcri Dominici.

Germinianus pro ſe & abbate ſanctæ Trinitatis Veronenſis, ordinis Vallis Vmbroſæ.

Baſilius de Triſis, procurator epiſcopi Vicanenſis.

Fridericus epiſcopus Fulginatenſis, pro abbate montis * Caſſanenſis, & Iacobo epiſcopo Spoletano, epiſcopo Nucerino, & pro Nicolao abbate monaſterii de Cruce ſaxi viui de Fulgineo.

* Marcani,

Dominus Arpinus de Alexandria, pro epiſcopo Albinganenſi.

## SESSIO XXI.

ANNO CHRISTI 1416.

ANNO a natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſexto, die vero Sabbati trigeſima & penultima menſis Maii, fuit celebrata ſeſſio generalis in maiori eccleſia Conſtantienſi, præſidente eidem reueren-